

signori insieme con li ambasciadori de le provincie di Francia ad honore di Dio et de la sede apostolica et di papa Pio ha tolta la pragmatica, la quale piu pontefici antecessori di N. S. non hanno possuta tollare. E la maggior novella che potesse havere la sede apostolica, perchè in uno tracto a acquistato un regno tala quale è quello di Francia, et ha integra obedientia di tutti li christiani. É da rendere gratie a Dio che al tempo d' uno papa senese habbi tanto exaltata santa Chiesa. Ecci anchora non piccola utilità de la patria nostra perchè la strada si duplicarà nel venire de cortigiani. Et acciò che intendiate tutto et come la Maestà del re di Francia ha tutto dato ala Santità di N. S. senza alcuno riservo vi mando la copia di due lettere l' una del cardinale di Constantia, l' altra del vescovo Atrebantense nuovo cardinale ¹. Dio sia lodato d' ogni cosa, che tante gloriose cose ha fatto et fa tutto ne la persona del nostro pontefice. . . Rome di XXVI decembris MCCCCLXI.

M. D. V.

Servitor

[A tergo:] Adresse.

G. de Piccolominibus.

Orig. *Archivo público de Sena*. Concist. Lett. ad an.

54. El Papa Pío II á la ciudad de Frankfort sobre el Main ²

Roma, 10 En. 1462.

Pius episcopus servus servorum Dei dilectis magistris civium et consulatui ac comunitati civitatis Frankforden. salutem et apost. ben. Non dubitamus vos iampridem scire iniquitatis filium Dietherum de Isemburg ob graves excessus inobedientiam et demerita sua iusto iudicio privatum ecclesia Maguntin. fuisse et excommunicatum. Propterea devotionem vestram in domino exhortamur requirimus et monemus ut si forte vos vel Dietherus ipse vel adherentes et complices sui ad participationem ac societatem peccati et scandali viam vocarent, ipsos audire nolitis, sed potius illos ad erroris emendationem inducere ac iusticie et honori Roman. sedis et salutis Maguntin. ecclesie assistere ac totis viribus consulere et favere nitamini, mandantes nichilominus vobis in vim sancte obedientie et pro ea quam nobis et apostolice sedi reverentiam debetis quatenus prefato Diethero adherentibusque et complicibus ac sequacibus suis quocunque nomine censeantur neque auxilium neque consilium neque favorem neque assistentiam ullam nec denique suffragium aliquod verbo vel scripto vel opere [di]recte vel indirecte aut aliquo quesito colore impendatis impendive faciatis, quinymo dilecto filio Adolfo de Nassaw vero et indubitato electo Maguntin. et adherentibus ac fautoribus suis omni favore et auxilio possibili assistatis et pro honore

(1) Esta carta se conserva en los Fonds lat. 4154, f. 148 de la *Biblioteca nacional de París* y de ahí la copió Fierville 246-247.

(2) Cf. vol. III, p. 229.

nostro et dicte ecclesie salute illum constanter iuvetis; facietis rem placentem Deo, dignam populo fideli et nobis admodum caram qui pro bono publico et ad corrigendam malignantium pravitatem remedia huiusmodi querimus. Datum Rome apud s. Petrum anno incarnationis dominice 1461^o quarto id. ianuar. pontificatus nostri anno quarto.

G. de Porris.

[En el margen inferior:] Presentata in die s. Gertrudis anno LXII.

[A tergo:] Dilectis filiis magistris civium et consulatui ac comunitati civitatis Frankforden.

Orig. con un sello de plomo que la acompaña. *Archivo público de Frankfort* s. el M. Negocios del reino y en el núm. 5.293.

55. Ludovico Petronio á la ciudad de Sena ¹

Roma, 17 Marz. 1462.

Los embajadores franceses prestaron obediencia y retiraron la Pragmática, et qua n' è facto festa et processione con molta allegrezza ². É ben vero che a due parti non fu resposto per lo s. pontefice, lo quale respose si gloriosamente che fu piu presto cosa divina che humana et con admiratione di ciaschuno racontando quasi tucte le storie et tucti i gesti di casa di Francia et non fu resposto alla parte di Genova et alla parte del regno. . .

Orig. *Archivo público de Sena*.

56. Segismundo Malatesta á Francisco Sforza, Duque de Milán ³

Rimini, 26 Marz. 1462.

. . . Apreso io so advixato che la Sta de N. S. ha fatto alchuni versi contro di me et in mia ignominia et quilli ha mandato a Fiorenza a farli ligare. Et perche determino fare como quello che disse: honorem meum nemini dabo, ho voluto prima advixarne la V. Ill^{ma} S. como a mio signore per farli intendere che el mio animo non sia de comportare simile cose etiam che Sua Sta me sia signore et io li sia vicario et servo. Quando simile cose se spandano fora et quanto io potrò me sforzarò: essendo offeso cum la penna offendere altri in quello medesimo modo; se cum la spada me ingegnarò similiter deffendermi cum la spada usque ad mortem, perche quantunque io sia povero homo, tutta fiada me recor-

(1) V. vol. III, p. 183.

(2) Daunou (275) como todas las demás relaciones de la embajada nada saben, de que la Pragmática Sanción fué entregada y arrastrada por las calles de Roma. Voig III, 197 rechazó ya con razón la cosa en 1869, lo cual no ha impedido á Friedberg (Grenzen II, 490) regalarla á sus lectores.

(3) Cf. vol. III, p. 161.

darò de quello ditto che dice: uno bello morire tutta una vita honora. Añade que quiso comunicarle esto al Duque para que no pudiera decir más tarde: Segismundo, te callaste lo que de justicia has debido manifestarme.

Orig. *Archivo público de Milán.*

57. Otto de Carretto á Francisco Sforza, Duque de Milán ¹

Roma, 13 En. 1463.

El Papa participa á los Delegados las noticias que por Antonio da Noceto han llegado de Francia. E esso Antonio ce scrive molte cose de le menace che fanno li signori et prelati de Franza, et come ogniuno ne vole male excepto lo re; ce scrive come li trova un messer Antonio di natione Galico, ma stato gran tempo in Ungaria et Boemia, il quale gia fu qui in corte per parte del re de Boemia, et quando il vescovo de Ferrara tornò de Franza, lo trovò a Milano che era li come ambasiatore del prefato re de Boemia, ac etiam de li re d' Ungaria et de Polonia, questo tale è al presente in Franza, et per parte de li prefati tre re ha suaso et confortato la M^{ta} del re de Franza a levarci la obedientia et tornare la pragmatica et a fare concilio, con ciò sia cosa che dica noy esser tanto apassionati in questa impresa del regno per nostra specialità, che non attendemo a le cose del Turcho pro defensione fidei, et che nuy siamo capitali inimici de la casa de Franza et che in Alamagnia et in altre parte havemo molti nemici per nostro difetto et che volendo sua M^{ta} farsí capo de questi come se conveniva per riformare la chiesa et provedere a la defensione de la fede de Christo, li prefati tre re et cosi molti altri signori d' Alamagnia et d' altre provintie lo seguitareno; et grande instantia ha fatto circa di cio. La M^{ta} del re li ha data repulsa, il che vedendo lui e ito al re Renato, et fatto instantia cum lui, lo quale ha mandata sua ambasiata a la M^{ta} del re de Franza a confortarlo a questo et cosi molti prelati et s^{ri} di Franza lo conforteno; fin a qui sua M^{ta} non li ha data risposta et stasse alquanto suspeso.

Orig. *Biblioteca Ambrosiana de Milán.* Cod. Z-219 Sup.

57^a. El Cardenal Bessarión al Papa Pío II ²

Venecia, 26 Jul. 1463.

Sanctissime ac beatissime pater. Post humilem commendationem et pedum oscula beatorum.

Veni huc die vicesima secunda praesentis. Exceptus fui cum honore

(1) Cf. vol. III, p. 257.

(2) Cf. vol. III, p. 332. También me serví ya de esta relación en la primera edición de 1889, lo cual no advierte Bachmann en las Fontes 46 p. 18. Con todo eso, esta copia de Bachmann contiene tan numerosas faltas, que tuve que resolverme á una nueva impresión.

ob reverentiam Sedis Apostolice. Sequenti die exposui breviter causam legationis meae; expressi dolorem et anxietatem V^{ae} Beat^{is} de calamitate Christianorum et ⁴ promptitudinem animi ² ac optimam voluntatem ad subveniendum. Dixi missum me a S^{te} V^a propter duo principaliter: Primo ut in hac expeditione atque expensa quam faciunt, eos autoritate V^{ae} Beat^{is} pro viribus iuvarem. Secundo ut una tractarem de generali expeditione et bello aperte cum hostibus gerendo. Ad quam rem Beat^{em} V^{am} ostendi ³ promptissimo ac ⁴ paratissimo animo esse dummodo ipsi aperte velint adversus hostes dimicare idque fateantur quod hucusque obtinere ab eis V^a Beat^o non potuit et sine quo non posset S^{tas} V^a vel se parare vel alios movere.

Ill^{lum} dominium quaesito tempore cogitandi ⁵ heri misit ad me tres nobiles cum responso in scriptis, cuius cum copiam petissem, responderunt, se id facere non posse sine mandato domini. Movi aliqua super responsione eorum et rogavi, ut apertius loquerentur, praesertim de bello Turcis inferendo. Hac conditione a me recesserunt ⁶, ut dominium consulerent. Hodie vero iterum ad me reversi copiam facere noluerunt, dicentes, non esse id consuetudinis suae. Cedulam tamen iterum relegerunt. Ex qua in summa notavi et scripsi illis videntibus hec, que sequuntur.

Primo: laudant S^{tem} V^{am} de missione legati et de persona missi, extollunt optimam voluntatem Beat^{is} V^{ae}, non quod nova eis visa sit, sed quia, quo magis continua, eo magis eis est grata, sperantque per eam omnia bona fieri posse.

Secundo: Quod ⁷ ea, que per me dicta sunt de libidine dominandi huius Turci et multis regnis intra ⁸ breve tempus per eum acquisitis et continua oppressione Christianorum et insatiabili desiderio veniendi in Italiam, verissima sunt et ipsi ⁹ ea optime intelligunt et antea intellexerunt. Propter quod subierunt continue magnas expensas praesertimque hoc tempore, ut furori eius resisterent; quod nisi fecissent, Turcum iam in Italia haberemus.

Tertio: Quod ¹⁰ ad generalem expeditionem semper fuerunt parati et nunc maxime sunt et putant ad hoc omnino ¹¹ deveniendum et utinam, inquit, iam devenit esset; et quod propter ea maximam fecerunt diligentiam ¹² apud ser^{mum} dominum regem Ungarie, primo per nuntium,

- (1) Bachmann: ac.
- (2) Bachmann: et.
- (3) Bachmann: omnimodo.
- (4) Bachmann: et.
- (5) Bachmann: rogitandi.
- (6) Bachmann: necesserunt.
- (7) Bachmann: item.
- (8) Bachmann: iter.
- (9) Bachmann: illi.
- (10) Bachmann: Idem.
- (11) Bachmann: omnimodo.
- (12) Bachmann: intelligentiam.

quem illic assidue detinuerunt, deinde etiam nuper per nobilem oratorem ad hortandam Regiam Maiestatem, ut forti ac constanti animo perseveret, et quod nunc mittunt ob eandem causam unum ex primariis civibus, dominum Paulum Mauriceno, in Germaniam, Boemiam et Poloniam ad dominos illos adversus Turcum ¹ incitandos. Addunt tamen reverenter et ut filios decet dicere se, quod Sedes Apostolica implicita bellis Italicis neque per se potest bello incumbere, ut necessarium foret, neque alios, sive Italos, sive externos commode movere. Propterea reducere se cum omni reverentia ad memoriam Vae Beat^{nis}, primo ut dignetur dare pacem Italiae, ubi dari potest, presertim ² bonis et honorabilibus mediis oblatis; ubi vero fieri pax commode non potest, indicere ³ inducias; deinde rebus ita compositis persuadere sermo domino regi Francie, ut ad hanc rem concurrat, quod non dubitant, rebus in Italia sic compositis Maiestatem Suam facturam, presertim concessis ei decimis, vigesimis et tricesimis locorum suorum. Se non modo excitatos esse, sed iam motos in re ipsa versari, cum iam iam exercitum coegerint mari et terra, ut in omni casu reprimere possint impetum hostis, et occasione se offerente viribus uti ad honorem Dei et exaltationem religionis, neque solum se et ceteros ⁴ Christianos defendere, sed etiam vim ulro inferre hostibus valeant. Huius capituli, quod longissimum erat, has necessarias partes de verbo ad verbum excerpseri, pluribusque hoc loco verbis contendit, ut aliquid mihi apertius dicerent, asserens, nihil me ex hoc amplius habere, quam ex generalibus oratoris sui verbis iam diu Rome habuerimus. Tandem nihil ab eis amplius excerpere potui.

Quarto: quoad oblationem presentis presidii agunt Vae Sti infinitas gratias. Quod si Va Beat^{do} ultra id, quod ipsi de suo conferent, et decimas, vigesimas et trigesimas, predicationes, indulgentiasque locorum suorum, quas Stas Va eis concedit, aliquid eis supererogaverit, promittunt id totum exponere in augmentum classis contra Turcum.

Quinto: quod ⁵ de oblatione ill^{mi} domini ducis Burgundie gaudent. Sed videtur eis omnino necessarium esse consensum domini ⁶ regis Francie: ideo omnino ⁷ ad eum principaliter esse confugiendum pacatis ⁸ primo ut dictum est rebus regni et Romandiole.

Postremo: addunt, quod hec opera ita salubria et necessaria impediuntur propter bella Italiae, et quod satis mirantur cum reverentia loquentes, quod Stas Va adeo ⁹ difficilis sit in concedenda pace Maletestis ita laudabilibus conditionibus oblatis et quod tamen dederunt sufficientem

- (1) Bachmann: Turcos.
- (2) Bachmann: persertim.
- (3) Bachmann: inducere.
- (4) Bachmann: externos.
- (5) Falta en Bachmann.
- (6) Falta en Bachmann.
- (7) Bachmann: omnimodo.
- (8) Bachmann: paratis.
- (9) Bachmann: tam.

commissionem ¹ oratori suo apud S. Vestram de respondendo in facto domini ducis Burgundie cum oratores illius venerint. In his videntur hi cives omnino ² herere nec aliquid ultra dicere velle, quamquam ego multa oportune et ad factum ³ Maletestarum et ad negotium pacis Italice ⁴ et ad cetera responderim. Nescio an maiori instigatione atque importunitate mea moveri poterunt, ut aliquid latius aperiant. Dubito eos nihil amplius dicturos, donec Vra Stas ad hec responderit et aliud mihi mandaverit.

Non video, beatissime pater, nec satis mirari possum, cur isti domini ita difficiles sint in dicendo se velle cum Turcis rumpere, cum maximos hucusque sumptus fecerint et in classe et in terrestribus copiis, quas et paraverunt et continue ⁵ parant ac in Peloponnesum traiciunt. Preterea communis fama est apud eos omnino ⁶ rumpere velle, imo multi opinantur capitaneum eorum iam rupisse. Item decreverunt mittere subsidium Ragusinis; miserunt oratorem ad Ungaros; mittunt nunc alium ad alias potentias ultramontanas et hec omnia faciunt aperte, cum antea sicut scit Stas Va umbram etiam istarum rerum formidarunt.

Fortasse aliqua ratione id fateri nolunt. Apertissime tamen videtur et ista est mea et aliorum opinio eos omnino ⁷ aperte cum Turco ⁸ rupturos. Aliter quicquid hucusque fecerunt incassum actum esset et ultra quingenta milia ducatorum frustra essent abiecta.

Hec omnia volui aperire Bⁿⁱ Vae, ut pro sua pietate ⁹ et sapientia dignetur consulere saluti Christianorum et una cum sacro collegio viam aliquam excogitare, per quam talis et tam sancta ac ¹⁰ necessaria res dirigi possit. Ego interea expectabo mandatum B^{is} Vae, cuius clementiae humiliter me commendo.

Dat. Venetiis die XXVI Iulii 1463.

E. St^{is} Vae humilis servus B[essarion], episcopus Thusculanus.

Orig. *Archivo secreto Pontificio*. Arm. 39, tom. 10, f. 1.

57 b. El Cardenal Bessarión al Papa Pío II ¹¹

Venecia, 29 Jul. 1463.

Sanctissime ac beatissime pater. Post pedum oscula beatorum. Post litteras illas quas nudius tertius scripsi Bⁿⁱ Vae de ultimo responso dato

- (1) Bachmann: concessionem.
- (2) Bachmann: omnimodo.
- (3) Bachmann: factam.
- (4) Bachmann: Italiae.
- (5) Bachmann: continuo.
- (6) Bachmann: omnimodo.
- (7) Bachmann: annimodo.
- (8) Bachmann: Turcis.
- (9) Bachmann: potestate.
- (10) Bachmann: et.
- (11) Cf. vol. III, p. 332. Bachmann en las Fontes 46 n. 21, V, da un resumen en alemán, que está equivocado en algunas partes. V. Bayer en su crítica de

mihī ab isto illustr. dominio non cessavi omni opera et studio contendere, ut aliquando desideratum finem haberem. Vocavi rursus deputatos: allocutus seorsum quamplurimos ex primariis nobilibus urbis et quia non defuerant qui diversi generis zizania seminaverant conatus sum ea e pectoribus civium evellere adhibitis quibusdam bonis et notabilibus prelati quorum ministerio usus fui. Denique adhibere conatus sum omne genus persuasionis, gratie, humanitatis, ut rem perficerem. Sic tandem cum celesti favore placati sunt animi nobilitatis et ubi die lunae et martis post diurnam consultationem factam in consilio rogatorum, id tantum actum fuerat quod S. V. ex litteris meis intellexit, iterum die mercurii et iovis usque ad noctem in eodem rogatorum consilio fuerunt domumque hoc mane cum prima luce ad me venerunt magnifici deputati retuleruntque hilari et laeto vultu quemadmodum illustr. dominium considerato summo fervore et honestissimo desiderio B^{is} V^{ae}, cuius voluntati parere omnibus in rebus desiderat, interveniente etiam summo studio ac diligentia, quam feceram, ut ipsi dicunt, decreverat morem gerere B. V. et ita heri tertia hora noctis decreverat in consilio rogatorum et unanimi omnium consensu concluderat bellum indicere Turco. Volui hoc statim significare S. V. ad consolationem eius et sacri collegii totiusque curie suae. Spero iam dato hoc principio omnia feliciter successura: etiam hoc tempus reservatum esse a Deo S^{ti} V. ad amplitudinem fidei nostre, christiani populi salutem et vestram tam in hac quam in futura vita gloriam sempiternam.

Voluerent scire a me isti nobiles quod subsidium esset eis in praesentia praestitura V. B., quamquam particulariter omnia ex curia senserant. Dixi de decimis, XX^{mis}, XXX^{mis}, praedicationibus, indulgentiis, absolutionibus et votis locorum suorum et decima curie in favorem eorum exigenda. Grata omnia habuerunt. Et ita, si Deo placebit, intento die dominico publice in ecclesia S. Marci celebrare et solemnem processionem facere praesente dominio, max^e ut fama huius felicitis principii per Italiam divulgetur. Die vero lunae incipiam dare modum rebus agendis. Isti cives, beatiss^e pater, nihil prae modestia petunt publice quoad futurum tempus et futura subsidia praesertim cum magna sperent magnasque ego oblationes fecerim: tantum commendant hanc rem pietati et clementiae vestrae. Privatim tamen omnes qui frequentissime mecum sunt, multa loquuntur de hac re supplicantes, ut S. V. dignetur solita illa sua animi magnitudine aggredi hanc rem eique omni studio ac vigilantia incumbere. Parvam se spem habere in aliquo, Beatitudine Vestra excepta: quod si S. V., quod absit, eos rem tantam orsos derelinqueret, impares se fore viribus Turcorum; futuram eam esse extremam perniciem non modo ipsorum, sed totius populi christiani.

Et certe ita esset, B^{me} pater. Propterea dignetur, supplico B. V., rem

esta edición (Göt. Gel. Anz. 1894, 215) ha satisfecho á mi deseo en concederme la publicación de este documento como también de la carta copiada en el n.º 58^a; lo hago constar para corresponder así á su fina atención.

hanc sua solita sapientia, pietate et clementia prosequi et huic excellentissimo dominio aliquid scribere, quod eos hac cura levet, spem bonam adiciat et totius huius populi mentem consoletur et recreet. Conetur S. V. uti suavibus et dulcibus verbis quemadmodum solet: conferent enim non solum huic rei, sed aliis multis et magni boni causa erunt. Spero B. Vestram posthac animos istorum omnium habituram erga se et sedem Apostolicam devotissimos et vestre clementie obedientissimos, et ita supplico B. V. ut eos cum omni benignitate et clementia complectatur et tractet. Addiderunt deputati in fine efficacissimis verbis iterum preces, ut S. V. dignetur componere res Sigismundi Malateste. Sperant enim pacem eius patriae multum rei, de qua agitur, profecturam. Imo nihil sine ea boni fieri posse: magis hanc rem cordi habere videntur quam si propria esset. Hortatus sum eos denuo, ut ipsi sint causa pacis ut auferant ab illo omnem spem praesidii, ut nolint aliqua pauca oppidula rem tantam impedire. Dixerunt se nullam supra hoc commissionem habere. Dominium iam suasisse Sigismundo per oratorem suum de oppidis illis dimittendis, sed non potuisse nec posse persuadere. Volui hoc quoque significare S. V., ut dignetur cogitare si quod bonum medium ad eam rem reperiri posset.

Replicavi postremo iterum de galeis quas miserant Fanum. Responderunt laeto et hilari vultu, ut bono animo essem et nihil mali timerem.

Si videtur, dignetur S. V. mandare, ut significetur mihi quantum poterit ascendere summa decime que ex curia colligetur, ut his aliquid certi afferre possim et si videtur S^{ti} V. quemadmodum bis scripsi, mittat mihi facultatem accipiendi pecunias hic ab aliquo mercatore, si necesse erit, et obligandi ei decimam curie. Hec res magis obligabit animos istorum et gratior atque acceptior multo erit quam alie omnes: alia enim, licet sine gratia V. S. habere non possint, quoniam tamen ex dominiis eorum sunt, propria quodammodo esse videntur. Hoc solum videbitur esse munus et gratia S^{ti} V^e solius que diu felicissime valeat et cuius clementie me humiliter commendo.

Dat. Venetiis die XXVIII Iulii 1463.

E. V. S. humilis et inutilis servus B. episcopus Thusulanus.
Adresse: . . . ctissimo domino nostro pape.

Hay aquí pegado un sello de cera.

Orig. *Archivo secreto Pontificio*. Arm. 39, tom. 10, f. 2.

58. Nicodemus de Pontremoli á Francisco Sforza, Duque de Milán ¹

Florenzia, 7 Ag. 1463.

. . . Qui fo heri matina la rotta data per larmata ecclesiastica ad quella del S. Sigismondo: heri sera vi fo che doe galee Ven^e hanno recuperata parte de larmata perduta per Malatesti et che a la scoperta fano contro

(1) V. vol. III, p. 162.

N. S.; pare stranio qui ad ognuno quel fano Ven¹ et tiensi non habino facto tanto apparato, se non ad fine de renovar la intelligentia col Turco cum migliore conditione e trovarsi in ordine ad fine de disponer la voglia loro de l' empresa del reame et de Malatesti: ex consequenti de Ytalia, quando N. S. Dio disponesse max^e chiamar ad se N. Sre, V. Cel. e Cosimo. . . .

Orig. *Archivo público de Milán*. Cart. gen.

58^a. El Cardenal Bessarión al Cardenal Ammanati¹

Venecia, 28 Ag. 1463.

R^{me} in Christo pater etc. Res propter quam ad hunc senatum missus sum, r^{me} pater, iam quatenus ad primam partem spectat, peracta est: nam cum superioribus diebus declarassent se domini Veneti apertos hostes Turci, heri qui fuit dies XXVIII (sic) mensis publice in eum indictum est bellum; praedicata enim fuit cruciata in platea S. Marci cum summa omnium expectatione et gaudio dominio et me presente cum incredibili populi multitudine. Decimae trigesimae et vigesimae decretae sunt et iam instituti exactores. Indulgentiae et absolutiones et dispensationes publicatae et omnes modi ad pecunias colligendas edicti.

Reliquum est, ut ad secundam partem veniatur, quibus scilicet modis, quibus auxiliis, quibus intelligentiis, quo tempore, qua via anno futuro in hostes grassandum sit. Suspisor et fere pro certo habeo hunc senatum ad aliquam particularem colloctionem non venturum nisi primo et quid in conventu oratorum istic decretum fuerit intellexerint et Peloponnesiacarum rerum exitum inspexerint et belli Picentis viderint finem; quod bellum nescio quam ob causam non minoris facere videntur quam bellum hoc adeo necessarium in Turcos.

Existimant de suo dumtaxat periculo illic agi maximumque inde rebus suis discrimen imminere etsi non nunc vivente S^{mo} D. N. tamen in futurum. Nec aliter potest eis aliquibus rationibus persuaderi. Quae cum ita sint rogo et obsecro R^{mam} D. V. ut S^{mo} D. N. supplicetis quod dignetur de his cogitare et mihi quid agere debeam mandare. An mihi redeundum sit an adhuc manendum, et si manendum quid mihi ultra agendum sit me particulariter instruere. Relatum est mihi nuper a prioribus urbis Rhodienses iniisse pacem cum Turco. Non potui fidem adhibere; verum litteras ex Chio nudius tertius accepi a quodam amico qui prudens est et rerum expertus quibus inter cetera non sine animi amaritudine scribit id verum esse et quanta inde Christianis omnibus ignominia, quantum partibus illis detrimentum sequatur exponit. Solvunt Turco tributum nomine tamen doni non tributum tria milia ducatorum et nunc donarunt ei in muneribus quinque milia. En finis quem

(1) Cf. vol. III, p. 332 y *Fontes rer. austr.* 46 p. 21 s.

pepererunt tot subsidia S. D. N. En gratitudo Rhodiensium erga summum pontificem.

Hic senatus composuit cum Scardabeo¹ hoc modo. Mittunt ei nunc quatuor milia ducatorum dono pro futura hyeme. Primo vere mittent hinc equites quingentos et pedites totidem; illinc vero praestabunt ei subsidia hominum suorum circiter decem milia qui una cum suis Turco bellum inferant. Ioannis Cossa venit huc XXVII praesentis. Nescio quid aget. Multa et varia de multis rebus mihi referuntur: monnulla etiam periculosa, quae quoniam incerta sunt non scribo. Si quis tamen alius foret qui ea scriberet S. D. N. vel R. D. V. non obsesset: multis enim et variis cognitis, facilius esset bene cogitare.

Le suplica que, esto no obstante, le escriba pronto.

Dat. Venetiis 28 Aug. 1463.

Orig. *Archivo secreto Pontificio*. A. a. O., f. 7.

59. Juan Pedro Arrivabene á la Marquesa Bárbara de Mantua²

Roma, 4 Oct. 1463.

Illustrissima madonna mia. . . De Franza ogni di se sentono gran novelle. Pare chel re habbi fatto condanare nel parlamento a Pariso el r^{mo} mon. de Constantia³ in circa X^m ducati: facendo gran menaze se in un certo tempo non li haverà pagati e fatto revocar un breve che haveva mandato per una abbatia chel litigava; ha tuolto al r^{mo} mons. d' Avignone tuto el stato temporale perchè favoreva la pratica d' un vescovo contra la voluntate desso re, e se non desiste da questa impresa menacia de tuorli tuti suoi beneficij de Franza: ha facto certi edicti che nel regno suo niuno sotto pena de la vita olsi de exequire alcuna lettera apostolica o sia bulla ne appellarse in causa alcuna a la corte Romana. Credese anche innovarà la pragmatica; scrive a N. S. lettere terribilissime in favore de Atrebatensis mostrando che da S. S^{te} è malvogliuto perchè fa li facti suoi. Ricorda a Roano e Lebreto che lo vogliano honorare se hanno cara la gratia sua. Dicesi che esso Atrebatense vole andare in Franza fina VIII di e già ha fatto ligare la più parte de le sue cose. Sel va, dubito serà cagione de gran scandali. Questi di è morto el duca de Colona fratello che foe del card^{le}. . . Rome III^o octobr. MccccLXIII.

Servitor Io. Petrus Arrivabenus.

Orig. *Archivo Gonzaga de Mantua*.

(1) Skanderbeg.

(2) V. vol. III, p. 187, como también Cugnoni 134 s. Sobre el sabio G. P. Arrivabene, cf. Mazzuchelli I, 2, 1157 y Luzio-Renier, Filelfo 40. El archivo de su familia en Mantua guarda todavía algunos manuscritos que él reunió.

(3) Cf. además Fierville 134.